



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio vigesimasecunda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

### Magistri Durandi de

confidentis, intelligentum est coniunctum, & non diuisum: confessor enim potest dicere se audiuisse in confessione talia peccata non exprimendo personam confidentis, & quandoq; est neceſſarium ad habendum cōſilium quid super aliquo caſu fit faciendum: potest etiam dicere quod talis est ſibi confeſſus, non exprimendo direcțe vel indicatē peccata ſibi confeſſa: ſed coniunctum dicere, talis eft mihi confeſſus talia peccata, eft violatio sacramenti confeſſionis. Et ſic patet primum.

8 Ex quo patet secundum, ſcilicet quod nullus potest dispensare quod reuelentur ea que audita ſunt in confeſſione: quia ecclēſia non potest mutare ea que Christus p̄cepit, & que pertinent ad veritatem articulorum vel ſacramentorum, cdm Praelati ecclēſie nō ſint domini, fed miniftri, nec fundatores, fed executores, vt prius dictum fuit: ſed ad celationem confeſſionis tenetur minister ex natura sacramenti, vt statim dictum eft, ergo in hoc non potest per aliquem diſperari.

9 Quantum ad tertium an de licentia cōfidentis poſtit facerdos dicere id quod audiuit in confeſſione, dicitur communiter quod non: quia ſi non valet licentia Papæ, neq; totius ecclēſie, multo minus licentia priuate perſo- na, maximē cum celatione confeſſionis ſit de iure diuitio. Veruntamen cōfidentis potest facere quod illud quod facerdos ſcit per alium modum, quam per confeſſionem: & ſic poſit reuelare abiq; reuelatione confeſſionis, exprimendo alium modum per quem ſcit. Ad hoc autem quod facerdos ſciat per alium modum ſufficit (vt dicunt) quod confeſſiens licentiet eum ad dicendum quod in confeſſione audiuit. Primum itorum licet ſit verum, ſecundum tamen non videtur bene dictum, nec ſtarre cum primo: quia ſi li- centia cōfidentis non ſufficit ad dicendum id quod audiutum eft in confeſſione, niſi habeatur noua notitia, tunc nō ſufficient verba per que nō habetur de peccato noua notitia, ſed ſolum de precedente notitia datur licentia: ſed per haec verba, licentio te ad dicendum id quod a me in confeſſione audiuit non datur aliqua noua notitia: alioquin omnis audiens hec verba acciperet de peccato dicto in confeſſione notitiam, ſed ſolum datur licentia, quia nec plus verba ſonant, ergo per illam nunquā eſt licitum dicere facerdoti quod audiuit in confeſſione. Item ſi talis li- centia ſufficeret, eftet via ad reuelationem cōfessionis & ſuſpitionem criminum: quia iudex habens aliquem ſuſpe- cētum de aliquo crimen, poterit ei dicere, da facerdoti licentiam vt dicat quod a te audiuit: ſi dat licentia, & da- ta valeat, habebit teſtimoniū contra ſe, ſi nō dat, & dare poſit ut ponit haec opinio, merito habebit amplius ſuſpectus. Et ita non erit vſquequaq; ſecretum quod dictum erat in confeſſione cum oporteat talem licentiam dare ad reue- lationem confeſſionis, vel incurrere notam grauiſ ſuſpi- cionis. Melius eft igitur vt dicatur quod talis licentia nō valet, nec verba praedita qua ſonant in talem licentiam ſufficient: ſed oportet q; poenitens dicat facerdoti extra confeſſionem in generali, vel in ſpeciali peccatum quod vult alteri reuelari.

10 AD argumentum. Ad primum dicitur quod ſcens aliquid ſolum per confeſſionem ſi inducitur in teſtimoniū, & cogitur iurare de veritate dicēda, potest ſine ſcrupulo cō- ſcientiae dicere ſe neſcire (quia cum loquatur ut ſubditus, quia coaetus, non tenetur respondere niſi de his que ſcrit, ut ſubditus.) Et quia facerdos audiens confeſſionem nulli eft ſubditus niſi Christo cuius vicem gerit, ut ſubditus au- tem cuicunq; alteri nihil ſciat de pertinetibus ad confeſſionem: ideo potest ſecurè dicere ſe neſcire. Si autem non cogitur, ſed ſpōte teſtificatur, vel in communi locutione dicit ſe nihil ſcire mentitur, quia licet neſciat ut ſubditus homini (propter quod exculcatur cum cogitur) ſciat tamē & ideo negans absolute ſe ſcire, mentitur. Quod patet, quia ſi diceret ſcio, verum diceret, ergo ſi dicat neſcio, falſum dicit: imposſibile eft enim quod vtraq; pars contradic- tionis ſit vera relata ad idem.

11 Ad ſecundum dicendum quod ſicut cōfidentis potest per ſeipſum reuelare peccata que dicit in confeſſione, ita potest per facerdotem ſi dicat extra confeſſionem, ſed no- dando ſolum licentiam, cum hoc ſit in praetudicum ſa- cramenti.

12 Ad tertium dicunt quidam quod facerdos non te-

### Sancto Porciano

nerur celare niſi peccata de quibus poenitens emendatio- nem promittit: quia nec Deus cuius facerdos eft minister aliā celat. Sed iſtud non valet, quia fictio ſuſcipiens ſa- cramentum licet impedit ipsū a fructu ſacramenti, ra- men non euacuat ſacramentū qui ſit verum. Et ideo quod facerdos obligatur ad celandum confeſſionē ex natura ſa- cramenti, patet quod ad hoc obligatur quantumcumq; ſuſ- cipliens fit imponens vel fictus, loquendo de fictione reſe- pte effectus ſacramenti: quia ſi aliquis eſet fictus reſe- pte ſuſceptionis ſacramenti, tunc nullū eft ſacramentum ſicut dictum fuit prius cum ageretur de penitentia & ba- ptismo. Et in iſto caſu facerdos non teneret ex vi ſacra- menti celare, id quod eſet ſibi ſecreſ dictum. Verbi grā- tia, hereticus impunitē & proponens altos corrumpere, De Bap. d. 4.9.4. nec credens ſacramentum confeſſionis ſeu poenitentie alii quid valere, nec intendens ſe ſubictere facerdoti pro ablo- lutione, nec pro confilio, nec facere aliquid quod fidèles ecclēſię faciunt, aut quod intendit ecclēſia, ſed volens pro uocare & irritare facerdotem dicit ei ſe eſſe hereticum, & velle corrumpere populum pro poſfe ſuo, in tali caſu nullū eft ſacramentum, nec ex virtute ſacramenti pecca- tum ſic dictum facerdoti eft celandum: quia non fuit ibi ſacramentum, neq; ſecundum totum, neq; ſecundum aliquam eius partem & hoc habetur tanquam probabilitet dictum abiq; alia aſſertione. Si autem hereticus huiusſans de errore ſuo venit ad confeſſionē, & dicit hereticum ſuam facerdoti vt habeat ab eo conſilium, an erreret an non, dabo quod habito conſilio facerdotis non crederet, nec dimi- tat hereticum ſuam: tale peccatum hereticus eft celandum, quia dictum eft in confeſſione ſacramentali quantum eft ex parte confeſſionis. Quod autem talis hereticus ſic dicta in confeſſione non debeat celari ſicut alia peccata nō po- test eſſe propter grauitatem eius: quia quādā alia inue- niuntur aquā grauiā, vt blasphemia, nec quia infēctum aliorum, quia multa alia ſunt infēcta, ſicut ſolicitatione mulierum. Quām igitur haec celentur, & illud debet ce- lari, nec iſtud eft contra charitatem: quia charitas non re- quirit quod apponatur remedium contra peccatum mo- do indebito, quod fieret ſi reuelaretur confeſſio, poterit ta- men facerdos ſine reuelatione confeſſionis dicere Prae- latu quod in uigile diligenter ſuper gregem ſuum, ne forte- lopus ſit inter oves, igitur &c.

Sententia huius diſtinzione. X X II.  
in generali & ſpeciali.

C Vmq; multis autoritatibus. Superiorius determinauit Magister de tempore poenitentiae: hic verò determi- nar quādā que pertinent ad effectum ipſius, qui eft re- misſio peccatorum. Et diuiditur in partes duas. Primo querit vrum remiſſio peccatorum ſit irreuocabilis, an quandoq; peccata redant. Secundū, quia in quolibet ſa- cramento effectus eft res ipſius, ideo inquirit quid ſit ſa- cramentum, & quid res in poenitentia. Secunda ibi, Post pre- dicta reſta. Prima diuiditur in tres. Primo mouet que- ſionem in tētam. Secundō circa eam diuerſas opiniones tangit & perſequitur conferendo. Tertiō excusat ſe à de- terminatione. Secunda ibi, Cuius quātionis ſolutio eft. Tertia ibi, Vtriq; parti quātionis. Secunda pars principia- lis in qua inquirit quid ſit ſacramētum & res in poenite- nia diuiditur in tres. Primo mouet quātionem. Secundō ponit circa hanc vnam opinionem, & obicit dupliciter contra eam, & ſoluti. Tertiō ſoluti ſecundū aliam opinio- nem. Secunda ibi, Quidam dicunt ſacramētum eſe. Ter- tia ibi, Quidam autem dicunt exteriorem poenit. &c.

2 IN ſpeciali ſic procedit, & querit primō, vrum pe- catis dimiſiſis in contraria ſi poſtmodum homo cōſideri contemnit, vel in p̄ſtitina peccata vel in ſimilia incidat, an peccata prius dimiſa redeat. Poſſe inducit ſuper hoc diuerſas autoritates: quidam enim ea reducunt & addu- cunt parabolam de feru ſequam nequam a quo debitum etiam prius dimiſum exactum eft: tanguntur etiam in litera plures autoritates que faciunt ad propositum. Sed con- tra hoc opponit, non enim videtur iustum vt pro pecca- to ſuper quo ſemel quis iudicatus eft iterum iudicetur & repondet quod propter hoc non bis ſuper eodem pe- cato

Lib. IIII. Distinctio. XXII.

cato iudicatur, quia non perfecte & dignè penituit, quem nō perseuerauerit, sed ingratius fuerit. Alterum vero opiniō est, q̄ peccata dimissā iterum non redeant nisi quantū ad ingratiitudinē: propter enim ingratiitudinem peccator constituitur, sicut ante fuerat, ac si peccata pristina rediret. Postea ab huius questionis determinatione se excusat reliquens iudicium eius studio solertiō, eō q̄ virraq, opinio doctores fauentes habeat. Postea querit cū sacramentum sit sacrae rei signū, quid in sacramento penitentiae sit sacramentum, & quid res. Postea solvit opinionem dicen dum penitentia exteriorē esse sacramentum, interiorem autē rem: contra quā statim opponit, q̄ sacramenta noua legis efficiunt quod signant, exterior autē penitentia non efficit interiorem, ergo nō est sacramentum. Et respondet secundum eos q̄ quin sacramenta efficiant quod signant, verum est de illis sacramentis quae in noua lege instituta sunt: penitentia autē non est talis, quia etiā in primis parentibus fuit instituta, sicut & matrimonium. Obiicit etiā alio modo q̄ sacramentum debet precedere rem, penitentia autē exterior non praedicit interiorem, sed conuerso. Et respondet q̄ in aliis saepe res praecedunt sacramentum sicut conuerso, sicut in adultis contritis: igitur ante baptismum conserfatur. Ultimō solvit secundum aliorū opinionem qui dicunt tam exteriorē quam interiore penitentiam vnu esse sacramentum, sicut panis & vini nō sunt duo sacramenta, sed vnum: exterior autē penitentia est tantum sacramentum, interior est res & sacramentum. Remissio vero peccatorum est tantum res, & sic sunt tria in hoc sacramento, sicut in præmissis sacramentis. Et in hoc terminatur, &c.

Q Y A S T I O P R I M A .

Vtrum peccata dimissa per penitentiam  
redeant per sequentem cuius.

Circa distinctionem istam queritur, Vtrum peccata dimissa per penitentiam redeant per sequentem culpan. Et videtur q̄ sic, quia maior est culpa que committitur in Deum quam que committitur in hominē: sed seruos manumisit per culpam quam committit in dominum suum merito reducitur in servitutem pristinam, ergo multo fortius peccator à servitute peccati liberatus per culpam in quam recidiuit, & per quam peccat in Deum merito rediuit in servitutem pristinam peccatorum, & sic peccata dimissa redeunt.

Item sicut per penitentiam dimituntur peccata, ita per peccatum mortale mortificatur merita praecedentia, sed penitentia que tollit peccatum viuiscat merita mortificata per ipsum, ergo ipsum peccatum quod mortificat praecedentem penitentiam, viuiscat peccata dimissa per eam.

Item peccator contritus de peccatis, & cōfessus, quia cadit in peccatum mortale, & in eo moritur antequā fecerit de peccatis præteritis penitentiam, constat q̄ pro eis puniatur in inferno: puniatur autē pœna æternā, cum in inferno nulla sit redemptio, ergo tantum puniatur ac si nunquam penituisse, ergo per sequentem culpam redeuit peccata dimissa.

IN CONTRARIUM arguitur, quia de peccato eodem & æquali vnu non meretur maiorem pœnam q̄ alius, sed cōtingit innocentem & penitentem peccare eodem peccato, & æquali, ergo ponens nō fit deterior per tale peccatum q̄ innocens: fieri autem si peccata dimissa redirent, ergo non redeunt.

Ad idem est quod dicit Aug. lib. de Respon. Prospesi. Qui recedit à Christo & alienatur à gratia viuit sicut dem secundum hanc vitā, quid nisi in perditionem vadit? sed non in id quod dimissum est reddit.

RESPONSIO. Peccata redire potest intelligi duplicitate, scilicet secundum se, vel secundum pœnam eis debitam, secundum se redire non posunt etiam si dimissa non essent. Cuius ratio est, quia si redirent, aut Deo auctor, aut homine: non homine, quia per hominem non potest fieri q̄ idem actus numero reparetur, licet similis secundum speciem possit iterum fieri. Sed actus praecedentium peccatorum transferunt, ergo nō posunt idem numero per hominem reparari: nec per Deum reparatur in homine recidivā, quia tunc homo se haberet ad ea pœna-

Quæstio I.

357  
fiuē, Deus autem actiuē, & sic essent peccata dei & nō ho-  
minis, quia peccatum vel culpa est malum quod facimus,  
pena vero est malum quod patimur. Refat ergo cū pec-  
cata secundum se redire nō possint, q̄ si aliquo modo res-  
deant, hoc sit quoad pœnam eis debitam.

7. Et hoc quidem dixerunt aliqui, s. q̄ per sequentem culpā peccator efficitur debitor totius pœnae peccatis di-  
misis debite: dicebat enim quod Deus pœna æternam de-  
bita peccatis mortalibus nō dimittit nisi sub conditione  
(hac scilicet) si non recidiuant in culpam. Sed istud nō  
valet, quia si causa sufficiēs ponitur absolute, effectus eius  
debetponi absolute: sed sacramentalis gratia & virtus pa-  
tronis Christi nobis comunicatae in sacramentis sunt suf-  
ficiēs causa remissionis peccatoris quoad culpam vel pœ-  
nam in toto vel in parte secundum dispositionem recipi-  
entium, ergo cum exhibeantur absolute & absque aliqua  
conditione recipiente futurum, ut pater ex formis sacra-  
mentorum quæ nunquam sunt conditionate, sequitur q̄  
per ea fiat absolute remissio peccatorum, quod conce-  
dendum est.

8. Dicendum est ergo aliter q̄ duplex est pœna pecca-  
to debita. Una est pœna que dicitur pœna damni, quæ cō-  
sistit in sola carentia gratiæ & gloriæ. Alia est pœna sensi-  
tus que includit dolorem mentalem de amissione visio-  
nis diuinæ, quæ vocatur vermis consciētæ, & pœna ignis  
gehennæ. Loquendo de prima pœna dicendum quod per  
sequentem culpam rediunt omnia peccata prius dimissa  
quoad pœnam damni ei debitam: quia per eam æquè pœ-  
natur homo gratia & gloria sicut per omnia praecedentia  
peccata. Omnia enim peccata mortalia in hoc habent cō-  
nexiōnem q̄ auertunt à Deo, & per consequētis priuant  
gratia, propter quod æqualis est effectus vnius sicut om-  
nium quātum ad articulum istum. Et sic loquitur beatus  
Iacob in canonica sua dicens: q̄ qui offendit in uno factus  
est omnium reus. Loquendo autem de pœna sensus, quo  
ad eam non rediunt peccata commissa prius nisi secun-  
dum quid: quia homo non est debitor tantæ pœnae vt pœna  
est ramen debitor aliquātulum maioris pœnae q̄ si peccata  
præcedentia non sufficiunt dimissa propter ingrati-  
tudinem quæ est in peccato sequenti. Cuius ratio est, quia  
secundum quantitatē culpæ taxatur apud Deum  
quantitas pœnae, sed culpa in quam aliquis recidiuit non  
semper est q̄que gravis vt fuerunt omnia peccata prius di-  
missa. Est tamē aliquantulum gravior propter circumstan-  
tiā ingratiitudinis, q̄ efficit secundum se, ergo non debe-  
tur ei tanta pœna quanta debebarur omnib[us] præcedentis  
bus peccatis antequam essent dimissa, debetur tamen ipsi  
maior pœna ratione ingratiitudinis q̄ fuisset alias debita.  
Maior patet, minor declaratur, quia quantitas culpæ in  
quā aliquis recidiuit non potest penfari nisi ex sua specie  
vel ex circumstantia aggrauante: ex sua specie autem nō  
semper habet tātam graviatatem vt peccata prius dimissa,  
cum cōtingat aliquem recidiuire per simplex futurum qui  
forte prius commisit adulterium vel homicidium quæ sunt  
ex sua specie graviora furto. Nec ex circumstantia aggra-  
uante, quia cū talis graviitas non trahat peccatum ex-  
tra suam speciem non attingit ad graviatatem altioris spe-  
ciei: cum ergo ingratiudine sit circumstantia culpæ in quā  
aliquis post penitentiam recidiuit ratione ipsius debe-  
tur major pœna illi culpæ quam fuisset debita secundum se,  
& quod hoc dicuntur præcedentia delicta redire, sed  
non debetur ei tanta pœna sicut debebatur omnibus præ-  
cedentibus peccatis, & ideo non dicuntur redire simpliciter  
quoad talē pœnam. Quod autem confuevit dici q̄  
tanta est ingratiudine quantum fuit beneficium dimisso-  
nis, & beneficium tantum quanta fuit quantitas peccato-  
rum dimissorum, ergo à primo ad ultimum tanta est ingratiudine quanta fuerunt peccata prius dimissa, non va-  
let: quia ingratiudine non est tanta quantum est beneficium  
de quo aliquis est ingratius vt fiat cōparatio vnius ad al-  
terum, sed comparando ingratiudinem vnam alteri, &  
beneficium vnum alteri, vt sicut se habet beneficium ad be-  
neficium, ita ingratiudine ad ingratiudinem, verū est. Illa  
enim ingratiudine est maior quæ est respectu maioris be-  
neficij, & minor quæ est respectu minoris: & hoc est quod

### Magistri Durandi de

aliqui dicunt, quod illa proportio est intelligenda non secundum equalitatem quantitatis inter ingratitudinem & beneficium, sed secundum aequalitatem proportionis; quia sicut se habet beneficium ad beneficium, ita ingratiudino ad ingratitudinem.

¶ A D Primum arg. dicendum quod seruus manumissus propter ingratitudinem retruditur in seruitutem non ex causa precedente, sed ex noua, nec in eandem cum priore, sed in similem: & eodem modo per culpam sequentem penitentiam reducetur homo in seruitutem peccati, non tamen ut sit seruus ex actibus peccatorum precedentium, sed solum ex actu peccati sequentis, nec est eadem seruitus numero cum precedente, sed alia huius similes, non oportet tamen quod tantum, nec quoad culpam, nec quo ad penam sensus.

¶ Ad secundum dicendum quod non est simile de bonis mortificatis per peccatum & reuulsant per penitentiam, & de peccatis dimisissis per penitentiam quod redeant per sequentem culpam nisi loquendo de reuicta actuam bonorum vel malorum secundum se: sic enim nec bona mortificata reuulsunt, nec peccata dimissa redit, quia actus qui transit tam bonus quam malus non reddit idem numerus. Sed quoad premium debitum meritis & quoad penam debitam peccatis est dissimilitudo: quia merita non mortificantur per peccatum, nisi quia praealat impeditum quo durante non confequitur premium, & ideo eo amoto habent valorem suum, & pena debita peccatis non solum impeditur per veram penitentiam, sed vere remittitur, & ideo per sequentem culpam non reuocatur cum sit simpliciter dimisa & non solum impedita.

¶ Ad tertium dicendum quod recidivans in aliquam culpam, si in ea moriatur non punietur in inferno pro peccatis prius dimisis pene aeterna, sed temporali: nec propter hoc sequitur quod in inferno sit proprius redemptio, quia ad pacem inferni non pertinet per se nisi pena debita peccato mortali non dimisit, & haec totaliter non solvit, nec redimitur. Pena vero quae debetur peccato mortali iam dimisit cum sit temporalis ex taxatione diuina non pertinet per se ad pacem inferni, sed per accidentem, in quantum debitor eius pro alio peccato punitur in inferno, & haec ibi totaliter solvit: nec est inconveniens quod quantum ad aliquid accidentale pena inferni minuatur usque ad diem iudicii. Alij tamen dicunt, quod illa pena ratione fortis in quo punitur erit aeterna, quanvis hic fuerit temporalis, sed peccato dimisso pena expletta fuisse: sicut est de peccatis venialibus que in inferno punitur pena aeterna, & in purgatorio pena temporalis. Sed hoc non est simile: quia veniale, ideo in inferno punitur aeternaliter, cum semper maneat culpa, cum ibi deleri non possit, & per consequens debet manere pena, ne culpa remaneat inordinata: nos autem lossum quinum de pena debita culpa prius dimisit, quae eo ipso quod solvit expiat, &c.

### QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum haec forma sit conveniens sacramento penitentiae, Ego te absoluo &c.

**S**ecundo queritur de forma penitentiae, vtrum haec sit conveniens, Ego te absoluo. Et videtur quod non: quia haec forma est indicativa, sed forma penitentiae debet esse optativa, ut probabitur, ergo &c. Probatio minoris, Leo papa dicit, quod indulgentia dei nisi precibus sacerdotum obtineri neguit: loquitur autem de indulgentia que impetratur penitentibus: sed illa fit instrumentaliter virtus verborum absolutionis, ergo illa verba debent esse supraliciativa.

¶ Item verba sacerdotis in hoc sacramento non sunt minoris efficacia in aliis, sed in aliis sacramentis non sufficiunt verba ministri, nisi exerceat aliquem actum circa penitentem: sicut in baptismo, cum hoc quod dicit baptizans, Ego baptizo te, &c. requirit corporalis ablution, ergo similiter cum hoc dicit sacerdos, Ego absoluo te, requirit quod exerceat aliquem actum circa penitentem, vel imponendo manus ad recipiendum spiritum sanctum ad remissionem peccatorum, vel aliquid aliud faciendo: non ergo in illis verbis praecise constitit forma sacramenti.

### Sancto Porciano

, IN CONTRARIUM est: quia sicut dominus dixit discipulis Mat. v. 19. Docete omnes gentes, &c. ita dicit Petro Mat. 16. Quodcumque solueris &c. Sed sacerdos auctoritate illorum verborum Christi frater dicit, Ego baptizo te, nec oportet quod imponat manus, ergo simili auctoritate debet dicere in sacramento penitentiae, Ego absolu te.

4 RESPONSO. Vidēta sunt duo. Primum est an illa verba, absolu te, sint de forma sacramenti. Secundum est, an praecise constituit in eis, an oportet aliquid plus addere.

5 Quantum ad primū dicendum est quod premissa verba sunt de forma sacramenti. Cuius ratio est, quia illa verba per se pertinent ad formam sacramenti, qui directe significant effectum sacramenti penitentiae, ergo &c. Maior patet, quia sicut in naturalibus efficiuntur formæ, sic & in sacramentis: sunt autem efficiunt & significantia, cum sacramenta significant quod effectus, & ideo forma verborum principaliter significat effectum sacramenti quod effectus. Minor manifesta est: cum enim effectus sacramenti penitentiae sit remissio peccatorum, directe significatur per haec verba, absolu te a peccatis tuis, &c.

6 Quantus ad secundum dicendum potest probabiliter quod predictis verbis oportet aliquid addere antecedenter vel consequenter quod pertinet ad invocationem diuinum nominis. Cuius ratio est, quia in omni sacramento in cuius forma exprimitur actus ministri, debet fieri aliqua expressio principialis agentis, sed in forma absolutionis exprimitur actus ministerii, ergo debet apponi aliqua expressio principialis agentis. Maior patet ratione & inductione: ratione quia actus non attribuitur ministerio, sed principali agenti, & potissimum in sacramentis in quibus secundum unam opinionem, nec minister, nec forma vel materia sunt causa effectus, nisi per accidentem, & sicut causa sine qua non. Idem patet inducendo in baptismino, confirmatione, ordinatione, extremaunctione, in quibus cum actus ministri exprimitur, additur invocatio nominis Christi vel Trinitatis. Minor patet de se. Videtur ergo quod predictis verbis vel premitendit sit absolu te auctoritate Dei vel Christi, vel quod addendum in fine, in nomine patris &c. vel Christi, vel aliquid huiusmodi, sicut in ceteris sacramentis, sicut dicit Dion. 3. cap. eccl. Hierar. quia tamen non est determinatum qualis debet esse illa apposito, ideo relinquatur arbitrio sacerdotis.

7 Ad primum arg. dicendum est quod verbum Leonis papae intelligendum est non de forma absolutionis quod est indicativa, sed de verbis deprecatiis quod sacerdos premitit, ne propter aliquam indispositionem penitentis effectus sacramenti impediatur. Illa enim sunt superplicatoria, vii cum premititur, misericordatur tui &c.

8 Ad secundum dicendum quod ad hoc sacramentum non est necessarium manuum impositionem: talis enim impositionis solum in illis sacramentis per quas suscipiuntur deputatur ad solemnum actum, eo quod manus est potissimum organum operationis, illa autem sacramenta sunt tantum duo, scilicet confirmatione per quam aliquis efficitur quasi miles fidei, audacter confitens fidem coram persecutore: & ordo maxime diaconatus, & supra, per quos homo efficitur quasi dux & rex populi Christiani. Et ideo in his duobus sacramentis sit impositione manuum: per suscepitionem autem baptismi, penitentiae, eucharistie, seu extremæ unctionis, non acquiritur aliquis gradus super communem populum, & ideo ad hoc sacramentum non requiritur impositione manuum. Veruntamen in duabus eorum, s. baptismo, & extrema unctione præter verba sacramentalia requiruntur aliquis actus ministri ratione materiae extrinsecus adiunctæ, qui oportet applicari suscipienti per actum ministri. Sed quia in sacramento penitentiae nullæ est talis penitentia materia, sed sola verba penitentis, ideo non requiruntur aliquis talis actus: nec similiter in sacramento eucharistie, quia non constat in applicatione materiae ad suscipientem, sed in sola coelatione materiae per verba prolatæ super materiam eucharistie.

DIS